

# **DE ANASTASIO SINAITA. DISSERTATIO**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649493838

De Anastasio Sinaita. Dissertatio by Joannes Baptista Kumpfmüller

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.

Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**JOANNES BAPTISTA KUMPFMÜLLER**

**DE ANASTASIO  
SINAITA.  
DISSERTATIO**



DE

# ANASTASIO SINAITA.

## DISSERTATIO

QUAM SCRIPPSIT

JOANNES BAPTISTA KUMPFMÜLLER,

DIOECESIS RATISBONENSIS PRESBYTER,

WIRCEBURGI.

TYPIS FRIDERICI ERNESTI THEIN.

1865.

110. l. 87.

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO

PRAESULI ET DOMINO

DOMINO

IGNATIO DE SENESTRAY,

EPISCOPO RATHBONENSIS,

PATRICO ROMANO, SUMMI PONTIFICIS PHELATO DOMESTICO EJUSDEMQUE SOLIO  
ASSISTENTI, PHILOSOPHIAE ET SS. THEOLOGIAE DOCTORI, ORDINIS MERITORUM  
CORONAE SAVARICAE EQUITI, CAPITULI CATHEDRALIS BYSTETENSIS NEMERO  
HONORARIO ac. ad.

HAS STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS IN SIGNUM DEVOTISSIMAE SUAE  
PIETATIS ET REVERENTIAE

HUMILIATIONE DIGIT

OBEDIENTISSIMUS

AUCTOR.

# INDEX.

---

	Pag.
PRAEFATIO . . . . .	1
Status quaestio[n]is. 1. — Quinam Anastasii ab hac quaestio[n]e exclusi. 2.	
CAP. I. DE DUOBUS ANASTASIIS PATRIARCHIS ANTIOCHENIS	4
Anastasius prior. 4. — Anastasius et Gregorius Magnus. 8.	
— Anastasius junior. 12. — Error Nicophori. 13. —	
Non sunt Sinaiteae. 14.	
CAP. II. DE HODEGI AUCTORE . . . . .	16
§ 1. Nomen et tempus auctoris . . . . .	16
§ 2. Reficitur sententia eorum qui dicunt, Hodegi opus esse nullo ordine conscriptum atque adeo interpolatum . .	19
Finis hujus operis. 19. — Progymnasia, instruens quem- libet studiosum, in quibus se ante omnia exercere debeat. 21. — Hod. cap. III. 25. — De ejus temporis haereticis. 28. — Anastasius contra ipsos. 29. — Quae- dam Monophysitarum objectiones, quomodo ab Anastasio solvantur. 32. — Qualem ipse Anastasius de unione Christi hypostatica fidem habuerit. 38. — De „proto- theoria ad definitiones Hodegi“ (cap. I) 40. — De „ex- positione fidei“ (cap. I) 42. — De prooemio Hodegi. 45. — Scholia non sunt interpolata. 46. — „Expositio fidei“ (cap. I) et „Definitiones“ (cap. II) sunt Anastasi. 48. — Opus non est interpolatum. 50.	
§ 3. Tempus auctoris accuratius ex ipso libro eruitur . .	51
De Harmasitis. 53.	
§ 4. Refutatur Ondinus . . . . .	54
CAP. III. DE SERMONE III IN ILLUD: SECUNDUM IMAGINEM	64
Est Anastasii Hodegi auctoris. 64. — Claruit Anastasius etiam post a. 700. 69. — Quae tradat auctor de origine atque damnatione haeresis Monotheleticae. ibid.	

	Pag.
CAP. IV. DE QUÆSTIONIBUS 154 . . . . .	74
Judicium Cavei. 74. — Oudini. 75. — Non omnes quæstiones ad eundem auctorem spectant. 76. — Compleures tamen ad Hodegi auctorem. ibid. — Conveniunt Anastasii etiam tempori. 80. — De quaestionibus 137 ad Antiochum. 83. — Quæst. 117. collata cum quæst. 44. ad Ant. 85. — Quæstiones selectæ. 91.	
CAP. V. DE LIBRIS XII IN HEXAEMERON . . . . .	104
Finis hujus operis. 104. — Sunt ejusdem cum Hodego auctoris. 108. — Cousonat tempus. 115. — Quaedam ex illis excerpta. 118.	
CAP. VI. DE CAETERIS SCRIPTIS . . . . .	137
1. Oratio de sacra synaxi, ex qua nonnulla allegantur . . . . .	137
2. Orationes duas in Ps. VI. . . . .	144
3. Disputationes III adv. Judaeos . . . . .	147
4. Orationes quinque de rectis veritatis dogmatibus . . . . .	148
5. Alia scripta . . . . .	150
6. Tractatos de tribus Quadragesimis. — Refutatur Oudini Anastasius IV. . . . .	152
CAP. VII. DE ANASTASIO SINAITA, QUAE PASSIM INVENTA SUNT, COLLIGUNTUR . . . . .	153
Non fuit patriarcha. 158. — Adduntur pauca de monte Sinai. 158.	
CAP. VIII. QUALEM MENTEM DE SS. EUCHARISTIA HABUERINT ANASTASIUS SINAITA ET ANASTASIUS PRIOR ANTIOCHENUS . . . . .	161
APPENDIX . . . . .	174

---

## PRÆFATIO.

---

Quis fuerit Anastasius Sinaita, quandonam vixerit quaeque scripserit, in diversas scriptores maximeque distantes abeunt sententias. Atque alii quidem patriarcham eum fuisse Antiochenum affirmant<sup>1)</sup>, alii negant<sup>2)</sup>. Praesertim Oudinus, saeculi elapsi scriptor, qui hac de re proprias dissertationes elaboravit<sup>3)</sup>, quatuor Anastasios Sinaitas distinguit, quos eosdem facit etiam patriarchas Antiochenos. Quorum duos priores eos ponit, qui sub finem saeculi sexti et saeculi septimi initio patriarchatum Antiochenum tenuerunt, Gregorio Magno tempore aequales, tertium vero cum Caveo<sup>4)</sup> ad annum 685. p. Chr. n. assignat<sup>5)</sup>, quartum denique ad saeculi undecimi initium circa annum 1010. vel 1020. collocat,

<sup>1)</sup> Niccephorus, Histor. Ecccl. lib. XVIII. cap. 44; Martyrol. Rom. 21. April. allique recentiores quam plurimi.

<sup>2)</sup> Vide notitiam ex Fabricii Biblioth. Graec. ed. Harless, tom. X. pag. 571 in Patrol. Graec. tom. 89. Editionis Mignianaæ col. 11 et 12. — Accedit Damberger in annotationibus criticis ad Historiae suee mediæ aevi synchron. tomum I. pag. 169 et 170.

<sup>3)</sup> Vide Casimiri Oudini commentariorum de scriptoribus ecclesiae antiquis. Lipsiae. 1722: Dissertatio de diversis Anastasis Sinaitis et Antiochenis episcopis in tom. I. col. 1481 seqq.; Dissert. de Anastasio episcopo Antiocheno & Sinaita nominis quarto in tom. II. col. 544—586.

<sup>4)</sup> V. Guillelmi Cavi scriptorum ecclesiasticorum historiam literariam, ed. Genevae 1720. p. 382 ad ann. 685.

<sup>5)</sup> Oudin. tom. I. col. 1663 sequ.

vel potius, ut ejus ipsius voce utar, detrudit. Huic suo quarto Anastasio omnia paene scripta, quae sub Anastasii sive Sinaliae sive Antiocheni nomine exstant, attribuit. Hinc operaे pretium mihi visum est, quid de Anastasio Sinaite sentiendum sit, ex ipsis operibus eruere.

Sed id in primis benevolum lectorem attendere volo, me hic non agere de codicibus manuscriptis, qui in variis bibliothecis ubicunque locorum existent<sup>1)</sup>, sed ea potissimum ac fere solum respicere, quae impressa habentur in edit. Migniana Patrol. Graec. tom. 89., ad quam semper amicus lector revocari se sciat, quotiescumque columnas solum citaverimus, nullius operis mentione facta.

Caeterum ab hac quaestione exclusos esse monuerim imprimis duos illos Anastasios, S. Maximi monachi et martyris discipulos. „Quorum unus Anastasius, primum monachus, deinde abbas, natus a. 618, S. Maximi magistri itinerum, calamitatum, exiliorum per integrum decennium comes individuus, claruit a. 655. quo una cum S. Maximo Imperatoris jussu Roma Constantinopolim asportatus est, ibi in judicium tractus, diris modis exagitatus ac demum Perberim relegatus. A. 662. Lazica cum B. Maximo deportatus est, ubi tam ex tormentorum et verberum quae Byzantii sustinuerat copia quam ex afflictionibus et angustiis hoc in loco ipsi illatis vix adhuc semivivus die 24. Julii a. 644. in Domino obdor-

<sup>1)</sup> Solitus mihi copia fuit Bavarii eod. Graeci 53, ex humanitate et opera spectatissimi viri ac domini A. Ruland, S. Theol. Doctoris ac summi Praefecti Bibliothecae aliae Universitatis Herbipolensis. Eum igitur codicem accuratus cum Quaestionibus impressis in Patrol. Gr. tom. 89. Ed. Mign. col. 311 seqq. contuli. Qui leet optimo fructu in nova Quaestionum editione instituenda colligeretur, utpote qui plerasque lectiones contineat, quae in impressis desiderantur, vel ex quibus impressae optime corrigi possint, atque ab omnibus hucusque collectis codicibus aliquid differre videantur, tamen in eo nihil inventi, ex quo judicium meum, ex impressis quaestionibus petitum, reformari posse existimem.